

1471

CODICES

1472

*Carolowitz, Bunni, Turcus, Fax, Pistor, Aratra,
Eblebius, Verres, Werter et Ardelio.*

Julio adscriptum in margine *Episcopus*, videlicet Numburgensis, *Aratris* similiter *tota familia derpstuge, Ardelioni* denique *D. Kitzing*. Reliqua divinabit, qui volet. *Fol. 232. Logica Enodatio Loci de Praedestinatione ex his sequentibus hinc inde inter Christianae religionis terminos usitatis propositionibus, quibus Calvinianorum error etiam haud difficulter deprehendi et refutari potest.* Scriptum germanicum subjuncta ejus compendiosa *Delineatione* latina, cui subscriptus *Daniel Scheffer. Fol. 259. Kurtzer Begrieff aller Handlung, wie ich David Scheffer, weiland Prediger zu Freiberg in Meissen, der Adiaphoren halben zu Dresden verdampt, meines Ampts entsetzt, und entlich Ins Elend bin vertrieben worden.* Meminit Scripti *Joecherus* in *Lex. Fol. 283.* ad finem *Collectanea* e sacris et profanis *Autoribus* sub certa *Capita* redacta, puta: *Deus, Angelus, Diabolus, Spiritus, Coelum, Ignis, Iris, Mare &c.* sed inchoata tantum. Multa sane et curiosa cum ad miras *Doctorum* sub *Protestantismi* initia *dissensiones*, tum ad *Historiam* temporis omnem in hunc *Fascem* congesta sunt, qui an aliquem ex iis *autorem* habeat, quos enumerat *Job. Aurifaber* in *Praef. ad Lutheri Colloquia mensalia*, dicere non possum. Facile dabo, varia in eo contineri *avex-dora*; verum singula *Hominum me-*

moratorum Epistolia cum jam vulgatis contendere, non nisi illius fit, qui novam eorum *Editionem* molitur, cui proinde *Codex* noster praesto est.

DCXXXV.

Fasciculus chartaceus Sec. X- R. 1834 VI. exaratus f. sequentia diversis manibus congesta exhibet. I. quidem *Philippi Melanchthonis de Missa Judicium, Augustae Vind. mense Julio 1530.* Incipit: *Quinque omnino possunt existere opiniones de Missa &c.* et legitur in *Ge. Coelestini Historia Comitior. T. II. p. 278.* ubi *Textui* nostro concordat. *Foll. 5.*

II. *Testamentum Philippi Melanchthonis.* Sine die et consule. Legitur in *Brevi Narratione de Morte illius edita Witteb. 1560.* 4. paucis ante obitum diebus illum quaeri jussisse *Pagellas, in quibus testamentum suum longo tempore ante describere ita coeperat, ut suam de singulis religionis Christianae capitibus sententiam explicaret, atque testatam ad posteritatem faceret, quem et verum atque precipuum testamentorum usum apud priscos illos et sanctos patres fuisse consentaneum est.* *Pagellas* illas non inventas, et suspicionem esse, surreptas fuisse. *Philippum* igitur novam *Scriptionem* exorsum hoc initio: *Anno 1560. die Aprilis decimo octavo scripsi hoc testamentum* in

1473

P O L E M I C I.

1474

in meo morbo — Confessionem fidei et gratiarum actionem ad Deum et Dominum nostrum Jesum Christum scripseram ante bis, sed chartæ sunt interceptæ; verum neque hanc terminare potuiffe. En igitur Exemplar Chartarum interceptarum; incipit enim sic: *In nomine P. et F. et Sp. S. Apparet initio præcipue condita esse testamenta propter hanc causam, ut patres relinquerent liberis certum testimonium suæ sententiæ de religione; id quod exemplo Jacobi et Davidis firmat. Non inveni Testamentum istud ἀτελον in edit. Opp. omn. Witteb. 1580—601. f. in quo male ominatur Posteris a Spi-*

Initium:

*Nuper altrum conspicatus
Flamen male feriatuſ*

Cupiens allicere

Pauca prius verba fatus

Ob honorem Clericatus

Sic incepit dicere:

Nemo suspicabitur *Andream Masium Belgam*, πολυγλωττον illum, autorem. *Foll. 2.*

IV. Epistola proluxa gallica, quae incipit: *Monſeigneur combien que Dieu vous aye proueu d'une ſinguliere prudence &c.* Est *Joh. Calvini ad Eduardum Sanctamaurium (Seymour) Herefordiae Com.* ut jam retuli *Vol. 1. P. 2. col. 1896. Foll. 6.*

V. *Vom Wucher und Zins kauffen.* Brevis Diſſertatio, in quantum Contractus cenſuum uſurarii ſint. Urget Diſſertator,

ritibus fanaticis et levibus labefacturis Articulos de Filio Dei et de Spiritu ſancto, item a Dogmatum ſophiſticis Conciliatoribus; ait: Auguſtanam Formam non ſatis explicatam eſſe; Joh. Friderico Duci et Amicis nominatim gratias agit, inter quos cum adpellet D. Milichium a. 1559. defunctum, ruruſ liquet, Teſtamentum iſtud non in extremis Philippi inchoatum, ſed ad Chartas illas interceptas pertinere. Foll. 2.

III. Rhythmi ſcurriles de Clero, quibus inſcriptum: *Andreas Mazius Modrinus quidam attamen catholicus Conſtantiae ludebat Sacerdotibus:*

Finis:

Emendate veſtros mores,

Unde nati ſunt errores,

Quos fovent Haeretici!

Si non vultis, eſtis ſtultis

Similes in rebus multis,

Eſtis, ut Phrenetici.

quem *Lutherum* puto, ut nemo Theologorum definiat, quaenam vetita Uſura ſit, ſed id ICTis permittant. Interim ita finit: *Wo aber bloß gelt umb gelt an (ohne) allen ordenlichen rechtmäßigen Contract ausgelihenn wirdt, da iſt nit allein fünff vonn hundert, Sondern auch ein bazenn oder pſeninng von hundert guldenn zu nemen wucherlich und vngedurlich. Quid ad hoc Hodierni? Foll. 3.*

VI. Συλλογη Bullarum: 1) initio truncata *Urbani IV.* de Inſtitutione Feſti Corporis Chriſti. 2)

Mar-

Z 2

Mattini V. de eodem Festo. 3) Eugenii IV. de eodem. 4) Bonifacii IX. de Festo visitationis B. V. M. fine mulctata. Habentur omnes in Car. Cocquelinii Bullario. Foll. 4.

VII. *Johannis Pistorii Marchionum Badensi. Consilarii Responsum ad literas Joh. Jac. Grynaei Theologi Basil. Notum est, Virum illum doctissimum ad Ecclesiam Cath. Romanam rediisse, a qua Pater ejus pariter Johannes dictus defecerat. Literarum Grynaei argumentum optime colligitur ex iis, quae Noster mox ab ingressu Responsum sui memorat: Putas Tu, si ea, quae a paucis annis male affecta sunt, curentur, et Ecclesiae Marchionicae consentiant cum tuis, magnam accessionem factam esse ad Christi gloriam, et illud ut fiat, judicas et meos et aliorum nervos oportere contendere. Laudo, Vir clarissime! quod jubes, neque magnis stimulis opus est ad me excitandum, qui Dei singulari benignitate jam antea sic animatus sum, ut vim universam diligentiae, industriaeque meae convertere ad illustrandam Christi gloriam cupiam, et ad ponendum mei in ejus vinea laboris vestigium. Sed ne erremus, ne, dum Ecclesiae vulnera obligare volumus, vulneremus magis, ne haereses sanemus, cum sanare Ecclesiam constituimus, convenire primum inter nos de Ecclesia debet: quatenam, et ubi sit. Alioquin, nec Tu recte fortassis exististi, nec ego recte morem geram. Hic igitur Rhodus, hic saltus. Hic lucido rationum una ex altera fluentium ordine, et dialectico inter*

se nexu contendit Pistorius: Coetum Cinglianum nec catholicam, nec apostolicam atque hinc veram Christi Ecclesiam non esse. An ignoraverat Grynaeus eum ad Sacra Catholica reversum fuisse? An scire se dissimulavit? Quadragenarium se factum ait Pistorius, et Responsum nostrum dedit a. 1588. non igitur natus a. 1544. ut habet Jöcherus, qui illum ridicule Praelatum domesticum Abbatis Fuldenfis facit. Pontificis Rom. dicere debebat. An latine typis extet insignis haec Epistola, nescio. Germanice versa mihi objacet Ingolst. apud Dav. Sartorium 1589. 4. Ceterum argumento est, non omnes illius aevi Polemicos stipitibus duris egisse, sudibusque praeustis; ita humanitate et moderatione se commendat. Foll. 6.

VIII. *Responsum Alberti Ducis Prussiae Johanni a Lasco datum. De isthoc Homine instabili, qui primum tamen a Zwinglio sua hauserat, dixi plura Vol. I. P. 2. coll. 1898. et 2269. Inter alias Provincias, in quibus Coetui suo sedes quaerebat, fuit etiam Prussia Doctorum suorum dissidiis illo tempore mire vexata, ut habes in Cpb. Hartknochii Alt und Neu Preussen P. II. c. 5. ubi tamen de Johannis de Lasco conatibus nihil. Venit ille, ut Duci sua de promovenda Religione consilia, stabiliendaque communi animorum conjunctione et caritate aperiret, simul Ducis sententiam de his, et de Adversariorum depellendis calumniis exquireret, peteret praeterea subsidium pecuniarium pro Schola*

1477.

P O L E M I C I.

1478

Schola et Typographia constituenda et vertendis in linguam *Polonicam* Bibliis. Colliguntur haec emitti et perhumano *Alberti* Responsio, in quo tamen sincere edicit, si in Provinciam cum Suis recipi velit *Lascus*, aut amplectendam iis esse Confessionem *Augustanam*, aut novam condendam, quae huic non contradiceret. *Συμβολην* pecuniariam 400. florenorum (Polonicorum?) in triennium addicit. In annum 1544. haec reponenda videntur; memorant vero Scriptores, effectu caruisse; postquam *Lascus* suam de S. Coena Confessionem, sine dubio *Zwinglianam* ad Ducem misisset. *Foll. 6.*

IX. *Pars literarum Lycobatis Loemij ad reuerendiss. dom. Melum Episcopum Dryopolitanum et Praepositum Botaniensem.* Expofuit adfectionem hanc graeculam jam *συγγεγονος* quidam *Wolfgangum Hungerum* et *Mauritium (Huttenum) Eichstadianum* reponendo; nil igitur superest, quam ut ad *Botaniensem* adscribam *Herbipolitanum.* *Hungerus* celebris Ictus et Legum Doctor in Academia *Ingolst.* elogium habet in ejus *Annalibus* a *Valent. Rotmaro* *ibid. 1580. 4.* editis p. 102. ubi etiam *Mauritii* Ep. p. 119. clara memoria. Obiit hic anno 1552. *Hungerus* vero 1555. unde scriptae Epistolae tempus desumas. Praefatur Librarius: *Post fratris (Joachimi) commendationem, cui sacerdotium ad discendas in Academia literas sacras petebatur, extant haec Epistolae verba.* *Μυνησιστορ* ait se mittere, quale pro ratio-

ne huius temporis e schedis suis depromendum videbatur; sunt vero egregiae Viri pii et rerum periti Meditationes de infelici *Germaniae* Statu maxime ob rapinas Bonorum ecclesiasticorum et pravae Cleri mores, quibus tenue illud solatium adhibeas: *Non valet quisquam dicere: Ecce hoc recens est; jam enim praecessit in seculis, quae fuerunt ante nos.* *Eccl. 1. v. 10. Foll. 7.*

DCXXXVI.

Codex chartaceus lat. germ. E. 4
Sec. XVII. Folior. 607. 4. non una manu exaratus et a *Leibnitio* cum aliis hic relatis aut referendis oblatus *Eugenio Sabaudio*, coagmentatus est e quorundam Theologorum Protestantium Scriptis, quorum hic ordo: *Balth. Bebelii Argentinens.* Superintend. et Prof. *Witteberg.* a. 1686. defuncti *Loci Antisyncretistici.* Edidit eos titulo *Collegii Antisyncretistici* a. 1709. *Joh. Frid. Mayerus* e Ms. quod nostrum ipfissimum puto; plura enim e Bibliotheca *Mayeriana* ad *Leibnitium* pervenisse, jam aliis locis observavi. Qua fide porro in iis edendis versatus fuerit *Mayerus*, e collatione comperiri posset.

II. *fól. 73.* habentur *Collectanea Dn. D. Danielis Heinrichi p. m. super Matthaeum.* Fuit vir hic patria *Chemnitziensis* Prof. Theol. *Lipsiae*, ubi a. 1666. diem clausit, reliquitque inter alia Ms. *Collectanea* non tantum in *Matth.* sed in omnes *IV. Evangelistas*, ut te-

Z 3

ftatur